

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1920

Auteur(s) : Jourdain, fils d'Herbran [particulier]

Bénéficiaire(s) : Longueville-sur-Scie, Sainte-Foy (prieuré)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [0-1155, septembre]

Action juridique : autre

Description de l'original : chirographe (CYROGRAPHUM †)

Langue du texte : latin

chirographe (CYROGRAPHUM †)

Analyse

Accord entre les moines de Sainte-Foi et Jourdain, fils d'Herbran, au sujet du moulin de Longueville, donné par le dit Herbran au prieuré lorsqu'il y a pris l'habit religieux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Chartes du prieuré de Longueville, de l'ordre de Cluny, au diocèse de Rouen, antérieures à 1204*, Rouen-Paris, Société de l'histoire de la Normandie, 1934, n° VII, p. 8-10.

Dissertation critique

Avant septembre 1155. Il est fait mention de cet acte dans la confirmation générale du roi Henri II, en 1155 (voir p. LE CAVHEUX, p. 8, n. 2).

Texte établi d'après a

CYROGRAPHUM †. Notum sit omnibus posteris donnum Herbrannum molendinum Longeville monachis Sancte Fidis dedisse cum monachilem habitum ibidem acceperit. Et Jordanus filius ejus concessit tali divisione ut dicam: Quod si Jordanus manet vel ad Longam villam vel ad Spinetum, suum bladum molere francum sine loco expectante sine illo qui molet et omnium famulorum suorum messorumque Spineti et Hamels molere prebendam francam. Monachi vero molendinarium quem voluerint mittent, sed non sit ei forifactus ut sciant et postquam rescierint foras mittent molendinarium nisi concesserit remanere. Minam vero et boistellum non taillabunt nisi ipso Jordane vidente vel suo prefecto Spineti. Quod si molendinarius suis hominibus faciet injuriam, ille cui illata injuria fuerit clamabit ad priorem. Quod si prior plenum rectum ei non fecerit, idem prior mittet molendinarium in curiam Jordani ad Spinetum ad rectum faciendum ei qui clamorem fecerit. Si autem ad aliud molendinum eunt homines et molendinarius eos in via ceperit aut in domo farinam vel panem invenerit, clamabit ad prepositum Spineti. Quod si disrationari non poterint, cogentur a preposito portare in molendinum moluturam rectam qualem habuisset si moluissent sine emendatione quam habeant inde monachi. Sed Jordanus habebit, sic inde faciens justiciam ut elemosina patris sui non destruat. De omnibus operibus molendini homines Jordani omnes erunt quieti. Preterea dedit isdem Jordanus eisdem monachis quicquid habebat in Rocamonte et in Baienello. Et pro anniversario patris sui faciendo dedit. V. virgatas terre in Guntiervalle. Dedit etiam pro anima fratris sui Willelmi totum omnino quicquid habebat apud Escuremaisnil. Unde testes sunt qui presentes affuerunt Robertus frater ejus, Walterius de

Alfaio, Rogerius de Sancto Laurencio et filius ejus Adam, Osbertus le Buffle, Alveredus et Robertus Sartores, Walerannus, Godwinus, Ingerrannus, Walterius molendinarius, Rogerius pistor, Gaufridus de Spineto, Gaufridus de Centum acris, Alvredus Beveran, Willelmus Burnel, Mainardus, Ricardus filius Alwini, Willelmus de Herecort, Hugo Rufus, Rainelmus.